

KS. TEOFIL DŁUGOSZ

CONFITEOR

Postać obecnego *Confiteor*, używanego we Mszy i Brewiarzu, ustalił Pius V. Jak w liturgii, tak i w tekstuach *Confiteor* panowała przedtem duża rozmaitość. Na ogólny każda diecezja miała inne *Confiteor*. Cechowała je wielka ilość grzechów, z których się oskarżano i wielka ilość świętych, których proszono o wstawiennictwo. Tak grzechy, które wymieniano, jak i święci mają charakter lokalny i do poznania życia religijno-moralnego w średniowieczu przynoszą cenny materiał.

Confiteor, które ogłaszałam, znajduje się w kodeksie pergaminowym z XIV w. Biblioteki Jagiellońskiej nr 3298. Kodeks nie ma początku ani końca. Ręką XVII w. na początku kodeksu podany tytuł: *Via certa salutis seu methodus confessionis*. Na k. 44 jest wzmianka, że te psalmy pokutne z litanią są w praktyce klasztoru w Trzemesznie: *Psalmi VII penitenciales una cum letania et collectis eciam, secundum morem et consuetudinem ecclesiae Tremesnensis sequntur*. Na k. 130 zaczynają się modlitwy przed Mszą św.: *Incipiunt quedam devote et utiles Oraciones, per modum confessionis ante missam dicende*. Pisownia rękopisu zachowana.

*Oratio per modum Confessionis ante Missam dicenda.*¹

Confiteor tibi domine creator celi et terre tibique bone ac benignissime domine Jhesu Criste et tibi paraclete spiritus conso-

¹ Rkps B J Nr 3298, k. 130 i in.

lator et illuminator sanctorum animarum Coram sancta et beata semper virgine. [K. 130 vo] et beato Michaele Archangelo et sanctis angelis et archangelis tronis et dminacionibus principatibus et potestatibus virtutibus celorum Cherubimatque Seraphim et coram beato Petro Apostolo et sanctis apostolis et martiribus et coram sancto Stanislao Martino et sancto Nicolao et Benedicto et sanctis confessoribus et virginibus et omnibus. [K. 131] sanctis qui tibi placuerunt ab inicio mundi Quia ego miser et indignus servus in peccatis concemptus et in peccatis natus et nutribus et in peccatis post baptisma usque in hanc horam conversatus sum Aspice nunc ad me infelicem pyetas immensa et resapice crudelem misericordia publica Quia iam pene desperatus ad te omnipotentem redeo et ad medicum recurro [K. 131 vo] vulneratus Et confiteor tibi domine omnia peccata mea quecumque feci ab inicio vite mee sciendo aut nesciendo sponte sive coacte vigilando aut dormiendo In cogitacionibus in locucionibus in delectacionibus in consensu in omnibus operibus malis scilicet in superbia In vana gloria in extollentia tam oculorum quam vestium in invidia in odio [K. 132] in avaricia In ira in tristitia in acedia a in ventris ingluvie in comessacionibus et ebrietatibus et fabulis ociosis in stultiloquiis in maledictionibus in osculis in amplexibus inmundis In fluxu seminis inter dormiendo sive vigilando ex propriis vel alterius manibus in iniquo contactu In luxuria sodomica in femoribus et in genitalibus meis et in omni genere [K. 132 vo] fornicacionis que et ipse feci et aliis facientibus consensi mea culpa in sacrilegiis in periuriis in furtis in rapinis in homicidiis animo optando In fide spe et charitate In accipiendo corpus et sanquinem tuum domine indigne Et quia ad sacrum misterium celebrandum inquinate accessi et postea me non custodivi mea culpa In exortacionibus et adulacionibus malignis [K. 133] et negligenciis operis tui In prevaricacionibus christianitatis meae et ordinis sive propositi mei et omnium preceptorum tuorum In inobedientia omnium prelatorum meorum In dandis et accipiendis muneribus sine licencia superiorum

meorum In fraude rerum ecclesie tue In dispensandis et distra-
hendis male rebus ecclesiasticis Non visitando infirmos et in
[K. 133 vo] carcere positos Non sepeliendo mortuos non vestiendo
nudos Non recreando esurientes Non potando sicientes Sollomni-
tibus sanctorum et dominicis diebus debitum honorem non im-
pendendo Nec sobrie et caste in eis vivendo sed consenciendo
michi suadentibus in malo Clamores pauperum non libenter et
non misericorditer audiendo propinquis et viatoribus ac subditis
et sociis detrahendo [K. 134] et blasphemando Patrem et matrem
meam non honorando Amicis et benefactoribus meis fidem non
servando Et defunctis debita obsequia non reddendo pupillos vi-
duas orphanos non miserando In ecclesiam tuam superbe et pol-
lutis gressibus intrando stando sedendo egrediendo et ociosis fa-
bulis ac turpibus colloquiis factis in ea eciam insistendo mea
culpa [K. 134 vo] Vasa sancta et misterium sanctum polluto cor-
de et manibus inmundis tangendo Operacionem psalmodiam
atque officium divinum negligenter faciendo et audiendo Mea
culpa In dilectione Dei et proximi in visu in auditu gustu odo-
ratu et superfluo ac luxurioso Et non solum in hiis sed eciam in
omnibus aliis vitiis que dinumerari pre multitudine [K. 135] non
possunt quibus humana fragilitas contra deum creatorem suum
aut delectando aut concupiscendo peccare potest In omnibus me
peccasse et reum in conspectu tuo super omnes homines me esse
cognosco et confiteor Et ideo supplico tibi domina mundi semper
virgo Maria consolatrix omnium ad te configuiencium et vobis
sancti angeli et vobis omnes sancti in quorum conspectu hec om-
nia confessus sam ut pro me misero et omnium reo dignemini ora-
re ut precibus vestris ab hiis que enumeravi absolvat me dominus
Jhesus Cristus detque michi de preteritis indulgenciam de presen-
tibus consolacionem et custodiam de futuris cautelam Testes michi
sitis in die iudicii contra dyabolum hec mnia me confessum fuisse
[K. 136] quatenus non gauderit in me inimicus meus nec glorietur
dicens in die iudicii peccata mea et sclera mea me tacuisse et
confessum non fuisse Sed sit in celo gaudium de me sicut dominus
dixit in evangelio de peccatore penitencias agente Qui cum patre

et spiritu sancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum.
Amen.

Parce michi domine confitenti parce supplicanti [K. 136 vo]
Audi domine clamantem respice penitentem suscipe revertentem.

Wśród modlitw są i modlitwy, które i dzisiaj odmawia się
przed czy po Mszy św., jak np. *Actiones nostras, Obsecro.*